

PSALMI DICENDI

IN FESTIS TOTIS DUPLICIBUS AD I. VESPERAS,
NISI ALII PROPRIIS LOCIS NOTATI FUERINT.

Psalmus 112.

LAUDATE púeri Dómini num : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini bennéctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopenm, * et de stércore érigens páuperem :

Ut collocet eum cum principiis, * cum princípiis pôpuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiorum lætántem.

Psalmus 116.

LAUDATE Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes pôpuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in æténum.

Psalmus 145.

LAUDA ánima mea Dómini num, * laudábo Dóminum in vita mea : * psallam Deo meo quándiu fúero.

Nolite confidere in principiis : * in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : * in illa die peribunt omnes cogitationes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, * spes ejus in Dómino Deo ipsius : * qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, * facit judicium in júriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos : * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elíos, * Dóminus dílligit justos.